



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita Beati Aloysii Gonzagæ E Societate Iesv,  
Ferdinandi S. Rom. Imp. Principis, Marchionis  
Castilionensis F. Natu Maximi, Libri Tres**

**Cepari, Virgilio**

**Coloniæ Agrippinæ, 1608**

P. Rectoris Societatis Iesu.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43934**

*Consummatus in breui expleuit tempora multa,  
Etenim breui spatio, quo hanc mortalem vitam  
egit, consecutus est, quod pluribus annis egrè sibi  
communiter multi è sanctis pepererunt, eumque  
perfectionis gradum attigit, quem multi alij fru-  
stra adipisci tentarūt. Quod si verè vulgo dicitur,  
communis vox populi, vox Dei: quandoquidem  
hic Beatus Princeps omnium opinione censetur,  
& omnium voce celebratur vt Sanctus, à princi-  
pibus, ab antistitibus Ecclesiae, à suis cōfessoribus,  
magistris, Rectoribus, Parentibus, suae ditionis po-  
pulis, sanctissimum eum fuisse necesse est, suoque  
merito vt in caelo, item etiam in terra in Diuo-  
rum numerum adscribi potest. Sic ipse apud di-  
uinam Maiestatem intercessor, & aduocatus  
meus esse dignetur. Brixia ex nostro domicilio ad  
D. D. Petri, & Marcellini.*

*Ego F. Ioannes Franciscus Brixienfis  
Prouincialis fratrum Cappuccino-  
rum in prouincia Brixienfi, con-  
cionator, & Theologiae lector, hæc  
omnia scripsi, & subscripsi mea  
manu, eaque iureiurando rata facio.*

PATER RECTOR SOCIE-  
TATIS IESV.

**E**go Ioannes Baptista Peruschus Roma-  
nus, Rector Collegij Societatis IESV Bri-  
xia, postquam admodū Reuerendus Pater VIR-  
GILIUS

GILIVS CEPARIVS è Societate nostra, aduenit, vti in hoc Brixienſi Collegio Vitã Beati fratris noſtri ALOYSII GONZAGA E ex eadem Societate, litteris mandet, eandem vitam ab ipſo ſcriptam cum tabulis, & monumentis conſignatis, è quibus magno labore & induſtria eruta eſt, comparauit, & iuratus profiteor, quicquid in ea dicitur, reperiri in auctoritatibus, & testimonijs iureiurando firmatis. Testis item ſum, eundem patrem, vt illa inſtrumenta nanciſceretur, & hiſtoriam authenticam conſiceret, hæc omnia Gallia Ciſalpina oppida perluiſſe. Eoq; his me libentius aſcribo, quod cum Beato ALOYSIO tum necdum ſeculi opibus expedito, tum Religione nobis iuncto Mediolani, & Romæ familiaritas mihi, & conſuetudo fuit, multaq; ſigna ſanctitatis eius, quæ idẽ pater in hoc libro commemorat, ipſe cognoui. Ac liquet mihi, omnium qui illum norant, cumq; eo agebant, ſententia Sanctum exiſtimatum eſſe. Poſt mortem verò fama ſanctitatis eius indies magis increbuit, atque in multis Gallia Ciſalpina oppidis, in qua complures iam annos dego, vſq; eo creuit, vt nihil ſupra fieri poſſe videatur. In horum fidem hoc meum chirographum dedi.

Ego Ioannes Baptiſta Peruſchus, qui ſupra, omnia memorata iureiurando firmo.

A 5

CLAV-